6	θ	*Borealis.*	
8	ι	*Supra humerum dextrum.*	
1	κ	*In femine ſiniſtro.*	
11	λ	*Tiaræ prope auriculam, tertia.*	
13	μ	*Vltimæ.*	
14	ν	*In cervice.*	
7	ξ	*Ad humeri dextri ſummitatem,* ἐν τῷ ἀκρωμίῳ.	7 } 5
15	ο	*In dextro brachio,* ἐν τῷ προπηχίῳ.	
16	π	*Apud Corylam dextram.*	
17	ϱ	*In femine dextro.*	

Jovis & Saturni participant naturam.

Secundùm Arabes, Sellæ, η. θ. *alas* γ. *verò* κ. π. ϱ. *quas partim reſtituimus, Paſtorem, Canem, & oves conſtituunt.* A. *Polus Arcticus, Maroni vertex ſublimis, quem Græci* ἀπὸ τοῦ πολεῖν, *verſare deducunt; conſule Macrob. in ſom. Scipionis lib. 1. c. 16. Ariſtotelem libello de mundo,* Τοῦ ἢ σύμπιλος οὐρανοῦ, *&c.* B. *Polus Eclipticæ.* C. *Phænice, aliis Dhub Elezguar.* D. *Circulus lacteus.* Ὁ γαλαξίας *Iunonius, veſtigium Solis, Ptolomæo Faſcia, Zona, via lactis, peruſta, vulgo D. Iacobi. Conſtat hic Circulus, ex tenui nebuloſa ſubſtantia, aliqua ſui parte latiore, aliqua anguſtiore, ſuper tropicos obliquatus. Achilles Statius* ὁ γαλαξίας ἐστὶν, ὁ ἐν τῇ σφαίρᾳ κατακεκριμένος κηρῷ λευκῷ, *non* λόγῳ θεωρητικὸς, *ut penè omnes reliqui ſphæræ circuli, ſed quia vſu notatur, hic ceu fluminis diverticulo, ſenſilis eſt.*

Pes dexter, Vrſæ majoris, interpretandus ſiniſter, hic dexter: hoc non fortuitò, ſed conſultò, exempli loco fieri curavimus, ratio attentiùs conſideranti facilè patebit. Hic in Cepheo & quaſi omnibus noſtris ſeqq. deſcriptionibus, pro dextro, tabulæ Ptolomæi, Alphonſi, Copernici, Tychonis, &c. Siniſtrum & vice verſa, ſubſtituunt, quod obſervandum.